

62. τὸ, πῶς αὐτὸν θέλοι καλεῖσθαι αὐτὸν) Hoc (videlicet i. e. propter hoc annuebant illi,) quidnam (quonam modo) vellet appellari eum. Conf. c. 22, 23. 24. 37. Act. 22, 28. Vid. ad Marc. 9, 23.

64. *Et statim*) Et pro Nam.

66. Ἐθεντο ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν) Hebraism. שְׁתוּ אֵל לְכֶם

66. ἄρα) Ergo. Act. 12, 18. Rom. 10, 17.

69. *Cornu salutis erectum in domo Davidis* i. e. salutifera lucerna vel lux suspensa est in familiâ Davidis, ut omnibus luceat in hunc mundum venientibus. Conf. LXX. in Ps. 132, 17, ubi vocem מְצַמֵּץ per ἐξανατελῶ, exoriri faciam, vertunt, translatione deductâ ab exortu syderum, quæ nimis dura esset, si de cornu animalis protruso intelligerem. Adhæc מְצַמֵּץ Syrico Idiomate notat splendorem, lucem, qui Idiotismus sæpè in Hebræo retinetur, adeoque hic retinendum sîvadet versio LXX. itemque Lucæ περίφωσις, dum *cornu erectum dicit in domo Davidis* i. e. lucernam suspensam, ut tenebris ingruentibus omnibus domesticis lucem ministret, uti Christus testatur apud Matthæum, lucem non sub modio occultari, sed elatiori loco poni, ut omnibus luceat. Jam si de cornu animalis hoc intelligam, quæ emphasis futura esset vel ratio similitudinis, quis enim cornu animalis in domo alicujus erectum pro salutari signo habeat? Videtur igitur prior explicatio concinnior esse, & contextui ut & locis parallelis conformior. וְצִמְצָמָה vi Idiotismi Hebræi, denotat non tantum splendorem quemcunque insignem, ut de splendore faciei Moïsi dicitur, quod instar cornu lævigati splenduerit, (qui error pictores induxit, ut cornua affingerent Moysi, decepti pravo intellectu Vulgatæ Versionis,) sed etiam in specie lucernam ex cornu subtilissimo, undè apud Plautum eadem metonymia usurpatur in isto: Vulcanum in cornu i. e. candelam in lucernâ gerit. Conf. Matth. 5, 45.

77. *Et agnitionem salutis*) quæ salus est sive consistit formaliter seu causaliter in remissione peccatorum.

CAP. II.

Vers. 15.

Δ ἢ) quæso. Respondet Hebr. נָא

15. ῥῆμα) pro facto, ut דָּבַר

15. ὁ ὁ κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν) ὁ relativum neutrum semper cum Accentu gravi pingitur, ad differentiam ὁ Articuli mascul. gen. nisi